



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Quadragesimum octauum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

quod locum pugnae commodiorem nullibi reperiat; Verum <sup>A</sup> si Godefridum consulas, iniquo & palustri planè loco ab Ortone pugnatum esse intelliges. Vnde non Myricam, sed locum aliquem paludosum congressui infelici existimo aditum patefecisse.

### Caput Quadragesimum octauum.

*De Monacho à Febri liberato.*

*Ager curatur.*

**M**ONACHVS quidam grauitè laborans, beatum Episcopum sic <sup>B</sup> appellauit: Memineris, Domine, me ab illo tempore, quo casus es, semper in Canone missæ tuum nomen expressisse. Itaque pro salute corporis mei te orare æquum est. Eadem nocte illi dormienti apparuit, iussitque sanum & incolumem esse. Expergefactus ilicò, è lecto sanus exit.

### Notatio ad Caput Quadragesimum octauum.

<sup>C</sup> **S**Vriana editio omisit *Monachum Shunc Sibergensem* fuisse, ex cella Hircenhoue, & acutis id est, febribus laborasse.

*Sieberg.*

Sibergum nobilis est in rupe fortissima cum subiecto oppido Abbatia à B. Annone fundata, quam anno 1632. mense Octobri Deo nos flagellante hæreticus miles interceptit.

*Hirtzenach.*

Hirtzenhoue vna est ex Præposituris eiusdem Abbatia, prope B. Goaris ad Rhenum arcem & oppidum.

Caput

